Elementale Introductorium
in nominum et verborum
declinationes graecas
Coloniae, J. Soter, 1524.

Panzer VI 390 (Nr. 391) notuje wydanie
z tego roku u Quentella



wyzc 41

Elementa[illegible]

Elementale

In noie domini Amen

Anno dni Millesimo, quin
gentesimo quinquagesimo Sexto

[illegible]

Martinus Gablinsky

Sum Vera Suffrax

Mateas y wog
[illegible]sky wyszech

Anna

Generoso dno Stanisla
Brunski heredi in Horec

Omnis Em. Nazarita humi
tatur sicut heremita et
Verum no est ita tamen si
scopita dur dixit hi anc
hic cen Canc rapidus an
Et hic libris est nobili quod
Polonum bene dedit prod et u
dam dictum ita Nazo
rowie diligunt ipsum

L. Dni Joannis Josephi Szaszkowski M.

Significamus tenore pre:
sentium quorum interest
universis et singulis
horum notitia

Iak siemo ptakom
panny panie Zakom dzia:
Ptaki popom Zebyli
Chłopom
Panna wesselie pani poziczka
me wdowa ochłoda Rybałt
vreda dworzanin pothanie

Sigismundus
Augustus dei Grã
Rex Polonie magnus dux
Lithuanie Russie Prussie
Masovie Samogitie etc. dñus
et heres
Significamus tenore pñtium
quorum interest universis et
singulis eorum notic
Ultima dies Evocabit
nos ad tribunal Christi

LITERAE QVAE MVLTIPLICI-
bus figuris scribuntur apud Graecos, sunt quatuor & uiginti.

Α α α	Ἄλφα	Alpha	a
Β ϐ β	Βῆτα	Vita	b
Γ γ ϛ	Γάμμα	Gamma	g
Δ δ	Δέλτα	Delta	d
Ε ε	Ἐψιλὸν	Epsilon	e
Ζ ζ	Ζῆτα	Zita	z
Η η	Ἦτα	Ita	e longum
Θ ϑ θ	Θῆτα	Thita	th
Ι ι	Ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	Κάππα	Cappa	c
Λ λ	Λάμϐδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	My	m
Ν ν	Νῦ	Ny	n
Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x
Ο ο	Ὀμικρὸν	Omicron	o
Π ϖ π	Πῖ	Pi	p
Ρ ρ	Ρῶ	Rho	r
Σ σ ς	Σῖγμα	Sigma	s
Τ τ	Ταῦ	Taf	t
Υ υ	Ὑψιλὸν	Ypsilon	y
Φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Psi	ps
Ω ω	Ὠμέγα	Omega	o magnum.

DE DIVISIONE LITERARVM.

Hæ literæ quatuor & uiginti, in duas partes diuiduntur, in uocales & consonantes. Vocales sunt septem. Α α, Ε ε, Η η, Ι ι, Υ υ, Ο ο, Ω ω. Quæ trifariam diuiduntur. In mutabiles & immutabiles. In longas, breues, & anapites. In præpositiuas & subiūctiuas.

Mutabiles, α ε ο. Ita appellatæ, quod in uerborū præteritis mutantur, ut, α & ε in η. Et ο in ω, ut ἀνύω, in præterito, ἤνυον, ἐλεέω, in præterito ἠλέεον, ὀνομάζω, in præterito ὠνόμαζον, ut patet de incrementis.

Immutabiles, η ι υ ω. Dictæ, quod in præteritis nō mutentur, ut ἡκῶ ἧκον, ἰξεύω ἴξευον, &c.

Vocales semper longæ duæ, η & ω.

Vocales semper breues, ε & ο.

Anapites seu communes tres, α ι υ. quæ poßūt eße breues & longæ.

Præpositiuæ uocales sunt, α ε η ο ω. Ita dictæ, quoniā subiūctiuis præpositæ, diphthongos faciunt.

Subiunctiuæ, ι & υ. Quoniam præpositiuis in constitutione diphthongorum supponuntur. Ex α & ι fit diphthongus αι. Ex ε & ι fit diphthongus ει, ut paulo mox patebit.

¶ Ex uocalibus diphthongi fiunt. Quarū aliæ propriæ, aliæ impropriæ sunt.

Diphthongi propriæ sunt sex. Quæ ex uocalibus hoc modo constituuntur.

ΑΙ αι	ἄλφα ἰῶτα	Alpha iota.
ΑΥ αυ	ἄλφα ὐψιλὸν	Alpha ypsilon.
ΕΙ ει ει	ε ἰῶτα	E iota.
ΕΥ ευ ευ	ε ὐψιλὸν	E ypsilon
ΟΙ οι	ο ἰῶτα	O iota.
ΟΥ ου ȣ	ο ὐψιλὸν	O ypsilon.

Et hæ εὔφωνοι, hoc est benesonæ dicuntur.

DE DIPHTHONGIS IMPROPRIIS.

Diphthongi impropriæ itidem sex sunt.

ᾳ ἄλφα μετὰ τοῦ ἰῶτα ὑπογεγραμμένου id est, Alpha cum iota subscripto, sic ᾳ.

ῃ ἦτα μετὰ τοῦ ἰῶτα ὑπογεγραμμένου. id est, Ita cum iota subscripto, sic ῃ.

ῳ ὠμέγα μετὰ τοῦ ἰῶτα ὑπογεγραμμένου id est, Omega cum iota subscripto, sic ῳ.

υι ὐψιλὸν μετὰ τοῦ ἰῶτα προσγεγραμμένου id est, Ypsilon cum iota adscripto, sic υι.

ωυ ὠμέγα ὐψιλὸν id est, Omega ypsilon, sic ωυ.

ηυ ἦτα ὐψιλὸν. id est, Ita ypsilon, sic ηυ.

Quarum tres sunt ἄφωνοι. i. asonæ. ᾳ ῃ ῳ. Et tres sunt κακόφωνοι. i. malesonæ, ηυ ωυ & υι.

DE CONSONANTIBVS.

Consonantes decem & septem sunt, β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ. Quæ diuidūtur in mutas & semiuocales.

Mutæ sunt nouē, β γ δ κ π τ θ φ χ. Quę diuidū tur in tres partes. In tenues, aspiratas, & medias.

Tenues sunt tres, κ π τ.

Mediæ item tres, β γ δ.

Aspiratæ rursus tres, θ φ χ.

Tres tenues κ π τ habent suas aspiratas, θ φ χ, medias uero β γ δ.

κ		γ		χ
π	habet mediam	β	& aspiratam	φ
τ		δ		θ

Quę tantā habent inter se cognationē, ut tenues sæpe transeant in aspiratā & mediā. Itē aspirata in tenuē, mediamq́;. Rursus media in tenuem atq; aspiratā. Quod facile exemplis patet. κ in fine dictionis sequēte uocali aspirata, trāsit in suā aspiratā χ. ut οὐχ οὕτως ἐστὶ, pro οὐκ ἔστιν οὕτως. τ transit in θ sequēte uocali aspirata. ἀνδεῖσθαί θ' ἱερῆα, pro ἀνδεῖσθαι τε ἱερῆα. π sic transit in χ. ut ὑφ' ἕν pro ὑπὸ ἕν.

Quę transmutatio ppulchre etiā deprehenditur in cōiugationibus uerborū. Nā ideo prima cōiugatio Barytonorū habet φ ante α in præterito, quia in præsenti est uel π tenuis, uel β media, uel πτ, uel ipsum φ. ut λείπω λέλειφα, λείβω λέλειφα. In futuro uero ψ, quæ ualet πσ. à β π φ πτ i præsenti, ut τύψω pro τύπσω. Eodem modo secūda cōiugatio barytonorū ideo habet in præterito χ, quia in præsenti est γ me

dia, uel κ tenuis, uel κτ, uel ipsum χ, ut λέγω λέλεχα, πλέκω πέπλεχα, τίκτω τέτεχα. In futuro uero transeũt in ξ, quia idem est quod κ tenue & σ, est enim ξ κσ, ut λέξω pro λέκσω.

Mediæ in præteritis passiuis pro aspiratis ponuntur ante μαι. γ enim pro χ, ut λέλεχα λέλεγμαι. β pro φ, ut τέτυφα deberet esse præteritũ passiuũ τέτυβμαι, sed quia ante μ non admittitur β, trãsmutatum est β in μ, ut τέτυμμαι pro τέτυβμαι γέγραμμαι pro γέγραβμαι. Etiã mediæ in aspiratas sic transeũt. λέλεγμαι ἐλέχθην, ubi γ in χ trãsit, τέτυμμαι pro τέτυβμαι, ἐτύφθην β in φ. Mediæ in tenues, λέλεγμαι, λέλεκται, ubi γ in κ transit. τέτυμμαι pro τέτυβμαι, τέτυπται, β in π. Et sic in multis alijs declinationibus.

Semiuocales sunt octo, ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ. Quæ diuiduntur in duas parteis. In duplices & in immutabileis. Duplices sunt tres, ζ ξ ψ. Sic dictæ, quoniam unaquæq; illarum uim habet duarum consonantium. ζ ualet σ δ, ξ ualet κ σ, ψ ualet π σ, Immutabiles quatuor sunt, λ μ ν ρ. Sigma semper manet semiuocalis. Et ita sunt appellatæ, quoniam nunq̃ mutantur in declinationibus nominum, νέστωρ νέστωρος, uerborum, ψάλλω in futuro ψαλῶ.

LITERARVM ALIAE

- Vocales trifariã diuidun- tur.
  - In
    - Longas η ω
    - Breues ε ο
    - Communes α υ ι
  - In
    - Mutabiles α ε ο
    - Immutabiles η ι υ ω
  - In
    - Præpositiuas α ε η ο ω
    - Subiũctiuas ι υ
    - Ex quib⁹ fiũt diphthõgi
      - Propriæ αι αυ ει ευ οι ου
      - Impropriæ ᾳ ῃ ηυ υι ῳ ωυ
- Consonantes diuiduntur in
  - Mutas, hæ in
    - Tenues κ π τ
    - Medias β γ δ
    - Aspiratas θ φ χ
  - Semi-uocales ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ, quarũ aliæ
    - Dupliæs ζ ξ ψ: ζ ualet σδ, ξ ualet κσ, ψ ualet πσ
    - Immutabiles λ μ ν ρ
    - σ sp manet semiuocalis

De potestate literarum omnium:

Α α facit a ἀγαθὸς agathos, ἀλλὰ alla.
Β β facit u ut βάρβαρος uaruaros, βαβαὶ ua.
Γ γ facit g ut γέγραφα gegrapha.
Δ δ facit d ut Δαίδαλος Dædalos.
Ε ε facit e ut ἐγὼ ego.
Ζ ζ facit z ut ζάθεος zatheos.
Η η facit i lōgū ut φήνη phini.
Θ θ facit th ut θάνατος thanatos.
Ι ι facit i ἴακχος iacchus.
Κ κ facit c ut κορύδων Corydon.
Λ λ facit l ut λάλος lalos.
Μ μ facit m ut μορμὼ mormo.
Ν ν facit n ναὶ næ.
Ξ ξ facit x ut ξανθόθριξ xanthothrix.
Ο ο facit o paruum, ut ὀβελίσκος oueliscos.
Π π facit p ut πάππα pappa.
Ρ ρ facit r ut ῥώμη rhomi.
Σ σ facit s ut σὰρξ sarx.
Τ τ facit t ut τάλαντον talantō.
Υ υ facit y ut ὕμνος hymnos.
Φ φ facit ph ut φίλος philos.
Χ χ facit ch ut χριστὸς Christos.
Ψ ψ facit ps ut ψὶξ psix, ψὲ pse.
Ω ω facit o longum, ut ὦκα oca, χιτὼν chiton.

De potestate diphthongorū proprie.

ΑΙ αι facit æ, ut αἰγὶς ægis.
ΑΥ αυ facit af, medium inter b & f, ut αὐλὴ aula.
ΕΙ ει facit i longum, ut χεὶς chir, εἰς is, εἰκὼν icon.
ΕΥ ευ facit ef, medium inter b & f, ut εὖγε euge, Θησεὺς Theseus.
ΟΙ οι facit i longum, ut οἴμι imi.
ΟΥ ου ȣ facit u uocalem, ut οὐκοῦν ucun.

De potestate diphthongorum impropriè.

ᾳ cum iota subscripto facit a, ut ᾄδω ado.
ῃ cum iota subscripto facit i longum, ut τῇ μούσῃ ti musi.
ῳ cum iota subscripto facit o longum, ut παλινῳδία palinodia. Veteres uero non subscribebant iota, sed adscribebant, sic τῶι ἀινείαι, to ænia, τῆι μούσηι ti musi, τραγῳδία tragodia. Quod in codicibus antiquis uidere licet, minore tamen iota.
ΥΙ υι cum iota adscripto facit i longum, ut ἅρπυια harpya.
ΗΥ ηυ facit if, medium inter b & u consonantem, ut ηὔδα ifda.
ΩΥ ωυ facit of medium inter b & u consonantem, ut ὠὖτος oftos pro αὐτὸς.

Quemadmodum literæ ac diphthongi Græcæ in latinum transferantur.

Α mutatur in a, ut κάλαθος calathus. Interdum in e, ut τάλαντον talentum. Item in i, ut κάναστρον ca=

nistrum

nistrum. Item in o, ut κόρυλος corylus. Et in u, ut ἡρακλῆς Hercules, hyperthesi τοῦ κ. Et in u longum, ut Ἀσκληπιὸς Aesculapius.

B mutatur in b, ut φοῖβος Phœbus. Aliquando in p, ut βαβαὶ papæ, quanquam & Græci παπαὶ dicunt. Item in ph, ut θρίαμβος triumphus.

Γ mutatur in g, ut γένος genus. Vertitur etiam in n, ut ἄγγελος angelus, δίφθογγος diphthongus, ἄγκυρα ancora, ἀγχίσης Anchises, σφίγξ sphinx. In his dictionibus quæ apud Græcos commutarunt ν in γ, sequentibus γ κ χ ξ quoniam ante prædictas literas non admittitur ν apud Græcos, mutatũ est in γ, quod Romani rursus in n commutarunt. Et si antiqui græcam orthographiam obseruãtes, aggelus, diphthoggus, scribebant per duplex gg.

Δ mutatur in d, ut Διδὼ Dido. Interdũ in b, ut δὶς bis, & in l, ut ὀδυσσεὺς Vlyßes. Sic apud nos d & l sibi inuicem cedunt, ut sedes sella, & hoc in compositione.

E psilon mutatur in e breue, ut ἐγὼ ego, γένεσις genesis.

Z remanet, ut ζέφυρος zephyrus. Interdum mutatur in geminum ß, ut μάζα maßa, πατρίζω patrißo.

H mutatur in e longum, ut πηνελόπη Penelope.

Interdum

Interdũ in a longum, ut μήτηρ mater, φήμη phama. Item in æ diphthongon, κηρός cæra, σκηνὴ scæna, ἠθικὴ, æthica.

Θ mutatur in th aspiratum, ut θρήκη thraæ, θυρσός thyrsus. Interdum in suam tenuem, id est t, ut θρίαμβος triumphus. Item in suam mediam id est d, ut θεὸς deus, θεὰ dea.

I mutatur in i, modo longum, modo breue, ut ἀγχίσης Anchises, νεσορίδης nestorides.

K mutatur in c, ut κάκος cacus. Interdum in suam mediam, id est g, ut κώβιος gobius, κύκνος cygnus, quanq̃ & cycnus dicimus. Item in p, ut λύκος lupus.

Λ mutatur in l, ut πάλλας Pallas, λύρα lyra, λὺξ lux.

M mutatur in m, ut γραμματικὸς grammaticus, στέμμα stemma, μελπομένη Melpomene.

N uertitur in n, ut νὺξ nox, ναῦς nauis, ναῒς nais.

Ξ uertitur in x, ut ξενοφῶν Xenophon, ξένιον xenion

Omicron mutatur in o breue, ut ὄλυμπος olympus. Item in u, ut ὀδυσσεὺς Vlysses. Sed frequẽs mutatio est o in u in fine dictionis, ut κύπρος cyprus, ὅμηρος Homerus, ἴλιον Ilium Interdum in e, ut γόνυ genu, πὲς pes, ἀλέξανδρος Alexãder, κάπρος aper

Π mutatur in p, ut Πασιφάη Pasiphaë. Interdũ in suam aspiratam, quæ est apud nos ph, τρόπαιον tro-

phæum. Item in suam mediam, quæ est apud nos b, ut πύξος buxus, ἄραψ arabs.

P mutatur in r, ut ῥήτωρ rhetor. Vbi sciēdū omnē dictionem quæ apud Græcos scribitur per ρ in principio dictionis, apud nos transferri cum aspiratione, ut ῥέα Rhea.

Σ uertitur ī s, ut σίσυφος Sisyphus. Interdū in x, ut αἴας aiax, πίστρις pistrix. Itē in t, ut σὺ tu σὲ te.

T mutatur in t, ut τροία Troia, τάνταλος Tantalus. Inuenitur etiam mutatum in s, sigma præcedente ὀστᾶ ossa.

Υ plerunq; remanet, ut ἱερόνυμος Hieronymus, συνώνυμον synonymum. Transit etiam in u, ut ῥώμυλος Rhomulus, πύξος buxus, σῦς sus, μῦς mus, τύλη tule.

Φ uertitur in ph, ut φιλόσοφος philosophus. Aliquādo etiam in f, ut φυγὴ fuga, φήμη fama. Item in suam tenuem, ut σφαῖρα spæra. Et in suam mediam, ut ἄμφω ambo.

X mutatur in ch, ut χρύσης Chryses, χρυσόστομος Chrysostomus, χριστὸς Christus. Quæ litera quia habet figuram x nostri, sunt qui putant cum sic scribitur xp̄s, per x et p scribi literas latinas, cum ea quæ x uidetur, sit χ, & quæ uidetur p, sit ρ. Et quanquam ferè semper legimus in sacris literis Christus sic scriptum xp̄s, Græce tamen scribatur, cum sic scribitur.

Latine uero scribēdū ē p ch, sic, Christus, uel sic breuius Chřs. Eodē modo decipiūtur in IHS, credētes esse aspirationem hanc literam H, cum sit ἦτα græcæ uocalis, quæ apud nos in e longum frequentius mutatur, ΙΗΣΟΥΣ Iesus. Item quia Græci etiam sic scribunt Ιησ, quod est simile nostræ aspirationi, latine sic scribitur Ihs, quod imperiti per aspirationē scribi existimant. Quoniam in sermonem de aspiratione incidimus, illud annotatione dignum existimauimus. Acceptam esse aspiratioem nostram ἀπὸ τῶν δασείας καὶ ψιλῆς accentibus græcis. Nam illi dasian sic notāt ⊢, & psilen sic ⊣. Quos accentus in unum coniungentes Romani, fecerunt eam aspirationem qua nos in grandiusculis utimur literis. Qui tamen accentus nunc ferè exoleuerunt apud græcos. Quorum loco iuniores sic utuntur ʽ ʼ ut δασεῖα habeat figuram c nostri sic ʽ. ψιλὴ uero conuersi, sic ʼ. Et hinc puto nos accepisse aspirationem, qua cursim scribendo utimur. Nā si addideris psilen denso, aspirationem facies, sed inflexam, quāquam ætate nostra plures rectam q̃ flexam scribentes notant. Hāc nos aspirationem modo in s uertimus, ut ἕξ sex, ἑπτὰ septem. Modo in u, ut ἑνετὸς Venetus, ἑσπέρα uespera. Sed frequenter in nostram aspirationem, ut ὕμνος hymnus.

Ψ mutatur in ps, αἰθίοψ æthiops. Aliquādo in bs, ut

ut ἄραψ arabs, ἄψυρτος absyrtus.

Ω transit in o longum, ut ὠκεανὸς oceanus, εἴδωλον idolum.

Quo nam modo diphthongi græcæ ad nos ueniant.

AI mutatur in æ diphthongon, ut αἰνείας Aeneas, ἑβραῖος hebræus. Interdũ diuiditur, ut αἴας Aiax μαῖα Maia.

AY uertitur in au, ut αὐλὴ aula, θησαυρὸς thesaurus. Sed caue ne te decipiant Nicolaus, Menelaus, & similia, quæ diphthongon in au non habent, sed sunt duæ syllabæ, quia sunt à græcis in aos, ut νικόλαος, μενέλαος.

EI mutatur uel in e longum, ut ἀχιλλεῖος Achilleus, καλλιοπεία Calliopea. Vel in i lõgũ, ut νεῖλος Nilus, εἴδωλον idolum, θάλεια Thalia.

EY mutatur in eu diphthongum, ut θησεὺς Theseus, εὖγε euge.

OI mutatur in œ diphthongũ, ut φοῖβος Phœbus, οἰνοφόρον œnophorum.

OY mutatur in u lõgum, ut μοῦσα musa, οἰδίπους Oedipus.

De Diphthongis improprie.

ᾳ cum iota subscripto transit in æ diphthongum, ut τῇ λήδᾳ huic Lædæ.

ῃ cum iota subscripto transit in æ diphthongum

ut τῇ

ut τῷ ποιητῇ huic poëtæ.

ω cum ι ta subscripto transit in æ diphthongum, ut ἡ κωμῳδία hæc comœdia, ἡ τραγῳδία hæc tragœdia.

DE ACCENTIBVS.

Accentus est signum scriptum, per quod cognoscitur integra uocum prolatio, temporum & spirituum, differentia significati dictionum. Et sunt linea, breuis linea. Aspiratio, leuigatio, siccitas. Auersio, subunio, siue coniunctio, distinctio seu diuisio.

Ὀξεῖα, Oxia est nota à sinistra parte ascendens in dextram, ita / qua syllaba acuitur.

Βαρεῖα, Varia, est nota à summa in dextram partem descendens, ita \ qua syllaba deprimitur, ac deponitur.

Περισπωμένη, est nota ex acuto & graui facta, ita ^ qua acuitur & deprimitur syllaba.

Μακρὰ, est nota à sinistra in dextrã partem æqualiter ducta, ‒ quæ est signum productæ uocalis, ut ἀπὸ τῆς κραμβίου, υ longa est, idcirco supra se characterem habet τῆς μακρᾶς.

Βραχεῖα, nota iacens similiter super correptã, sed pandior & contractior, & quasi sursum spectans, ita ◡ ut ἄρες, ἄρες βροτολοιγέ. Nam α secundo loco supra se habet characterem τῆς βραχείας.

Δασεῖα ad summam uocalem aspiratã, ponitur in

principio dictionis, & hac notatur figura ᶜ quæ est leua Pars circuli, ut ἡμέρα ὥρα.

Ψιλὴ. i. tenuis etiã ad summã uocalẽ leuigatã, id est nõ aspiratã ponitur, quæ in principio dictiõis leui spiritu enunciãda sit, ita ᾿. quæ est dextra pars circuli aspirationis notæ opposita. αἴας ἀνήρ.

Apostrophus est dextra pars circuli ad summã consonantẽ apposita, sed in fine dictionis, quæ ita figuratur ᾿. Qua nota ostendimus deesse parti oratiõis ultimam uocalem, ut Tanton' me crimine dignum Duxisti: ἄρ' οὕτως pro ἄρα οὕτως. Quod quatuor accidit uocalibus, Duabus breuibus, ε scilicet & ο, ut φέρ' εἰπὲ, pro φέρε εἰπέ, τοῦτ' ἐμὸν pro τοῦτο ἐμόν. Et duabus ancipitibus, hoc est α & ι, si correptæ fuerint, ut παρ' ἡμῶν pro παρὰ ἡμῶν. ἐφ' ἡμῖν pro ἐπὶ ἡμῖν. Hoc idem euenit & duabus diphthongis, αι uidelicet & οι, cum pro breuibus habeantur ποιητικῶς, ut βούλομ' ἐγὼ pro βούλομαι ἐγώ, οἴμ' ὡς ἄχθομαι pro οἴμοι ὡς.

Hyphen, nota qua utimur, cum duas dictiones coniungimus, quæ natura diuisæ sunt. Et est subiecta uirgula uersui circunflexa, ita ‿, ut ante‿malorum.

Hypodiastole est dextra pars circuli, ad imam literã in fine dictionis applicata. Qua nota male cohærẽtia discernuntur, sic, ut cor, uinum lætificat, ne Coruinum dicere uideamur.

Sunt autem accentus decem per numeri perfectionem

nem. Ex quibus septem qui sunt à literis, proprie uocantur accentus, tres aũt ultimi abusiue, qui à literis non fiunt. Ex Λ diuiso in duas parteis, fit acutus & grauis. Ex θ tres fiunt, Circunflexus ex superiori semicirculo, breuis ex inferiori, longus autem ex linea media. Ex Η diuiso duo fiunt spiritus, ac pars sinistra est densus, dextra aũt tenuis. Tres autẽ ultimi non fiunt ex literis.

Diuiduntur omnes accentus in quatuor, εἰς τόνους, χρόνους, πνεύματα, καὶ πάθη. i. in tonos, tempora, spiritus & passiones. Toni sunt tres, Acutus, grauis, & circunflexus. Qui extendunt uoces ad similitudinem currentium. Tot enim sunt etiam uiæ, uel accliues, uel decliues, aut curuæ. Et acutus quidem acuens uocem, assimilatur uiæ rectæ, & sursum ferenti. Grauis autem deprimens, & secundum æqualitatem dictus, comparatur uiæ decliui. At circunflexus, qui medius est, circunflectit. Horum duo proprij sunt toni, acutus & circunflexus. Nam grauis syllabicus tonus dicitur, iacens super syllabas, quæ non habent proprium tonum. Et acutus quidem & grauis toni simplices. Circunflexus autem compositus, quia ex acuto & graui fit. Tempora duo, scilicet breue & lõgum. Spiritus duo, Densus & tenuis. Passiones tres Auersio, subunio & subdistinctio. Hoc modo.

Acutus

Acutus ´	dictionum]	Vocãtur toni simplices
Grauis `	syllabarũ]	
Circunflexus ⌒ ~ ^	dictionum, & uocatur tonus compositus.	
Longa linea –]	Vocantur tempora.	
Breuis linea ∪]		
Densus ⊂ ʽ ⊢]	Vocantur spiritus, qui ad summam uocalem siue diphthongum in principio dictam ponuntur.	
Tenuis ⊃ ʼ ⊣]		
Auersio ʼ]	Sunt passiones, eo q; circa dictiões patiẽtes uersentur, nec sup uocales ponũtur sicut alij accentus.	
Subunio ‿ ~		
Subdistinctio ,]		

Nam ἀπόστροφος dictionis defectum indicãs, super extremã cõsonantem locatur. ὑφὲν uero & ὑποδιαστολὴ dictionibus supponuntur. Alterum quidẽ, ut duas dictiones coniungat, quæ natura diuisæ sunt. Alterum uero, ut male cohærentes discernat.

DE TONIS.

Oĩs dictio, siue monosyllaba, siue polysyllaba, unũ tonũ suscipit, uel in ultĩa uel in penultima uel in antepenultĩa. Et unusquisq; tonus sortitus ẽ propriũ locũ.

Acutus ponitur aut in ultima. Quando id quod suscepturũ est eum, sit longũ absq; synæresi, uel breue, & facit nomẽ oxytonon, ut καλός, σοφός, ἀνήρ. Talia enim p se posita acuũtur, in consequẽtia uero, hoc est in contextu pluriũ dictionũ, grauantur, ut καλοὶ ἄνθρωποι, σοφὸς ἀνὴρ ἦν. Omnis enim dictio acutũ in fine suscipiens, per se acuitur, in consequentia aũt acutus in grauẽ mutatur. Aut ponitur in penultima, & facit nomen paroxytonon. Quando id quod suscipit, natura sit longum, uel positione, & finalis sit lõga. Longa enim ante longam non inflectitur. si nõ inflectitur, acuitur necessario. Nã grauis accentus si signandus est, ultimũ solum sortitur locum. Item supra longam positione, circunflexus non ponitur, sed acutus, etiam quando suscipiens accentũ sit breue, & ultima syllaba breuis, aut longa, ut λόγος, τόνος, λέβης, ἔρως. Nã super breui inflexus non ponitur, sed acutus. Item in antepenultima ponitur acutus solus, siue breuis, siue longa suscipiens sit syllaba, ac finalis sit breuis, ut Δημήτριος, φιλόσοφος. Longa uero existente finali, dictio non potest acui in antepenultima κοινῶς, ἀττικῶς uero potest, ut μενέλεως, λέξεως. Ante duas syllabas circunflexus non ponitur, sed acutus ex necessitate.

DE SEDIBVS GRAVIS.

Grauis ponitur in ultima, sed in consequẽtia, id est, ut post eam dictionẽ, quã grauatã uolumus, sequuntur &

tur & aliæ dictiones ad orationẽ complendã, ut ἄρα θεὸς ἄνθρωπός ἐστιν. Vbi notandũ, quod tot sunt accẽtus graues in unaquaq; dictione, quot sunt syllabæ, illa excepta, quæ propriũ habet, ut ἀνασάμενος; σά proprium habet accentũ. s. acutum, cæteræ uero tam sequentes, quàm præcedentes grauem.

SEDES CIRCVNFLEXI.

Circunflexus aut in ultima ponitur, & facit nomẽ περισπώμενον, ut λυπῶ ποιῶ. Aut in penultima, et facit nomen προπερισπώμενον, ut μοῦσα ποιοῦμαι. Ponitur aũt in polysyllabis super ultimã, cũ ex synæresi longa sit, ut ναυσικάα ναυσικᾶ. Omnis enim synesis ex acuto & graui, inflexum accentum facit etiam super simpliciter longam, ut τιμῆς.

DE ACVTO REGVLA.

Omnis nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus sine synæresi acuitur, ut ἡ καλή, τὴν καλήν, ὦ καλή, τὰ καλά, ὦ καλά, αἱ καλαί, τὰς καλάς, ὦ καλαί.

Acutus in ultima, in genitiuis et datiuis uertitur in circunflexũ, ut ἡ τιμή, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τῶν τιμῶν.

Vltima longa nõ acuitur ante penultima, sed penultima, ut ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου.

DE CIRCVNFLEXO.

Circunflexus ponitur supra syllabam natura longam, non positione.

Longa ante longam non circunflectitur, ut ἡ μοῦσα, τῆς μούσης.

Acutus & grauis concurrentes circunflexum faciunt, βοάω βοῶ, ποιέω ποιῶ.

Supra positione longam non ponitur circũflexus, nec supra breuem, sed grauis aut acutus, ut ὁ λόγος.

DE QVINQVE GENERIBVS.

Ἀρσενικὸν masculinum, cui in nominatiuo casu numeri singularis præponitur articulare ὁ, ut ὁ θεός.

Θηλυκὸν, fœmininum, cui in nominatiuo singulari præponitur ἡ, ut ἡ ἀρετή.

Οὐδέτερον neutrum, cui in nominatiuo singulari præponitur τὸ, ut τὸ ξύλον.

Κοινὸν commune, cui in nominatiuo duo præponuntur, ut ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος.

Ἐπίκοινον, quod latine promiscuũ dicitur, est quod aut specie masculini generis declinatur, & simul significat etiam fœmininum genus, ut ὁ στρουθός hic passer. Aut declinatur specie fœminini generis, ac etiam masculinum genus significat, ut ἡ χελιδών, hæc hirundo. Et sic sub uno genere utrunque intelligitur.

Articulus est pars orationis declinabilis præposita declinationi nominũ, & postposita. Sunt autem aliqui προτακτικὰ præpositiui, ut ὁ hic, ἡ hæc, τὸ hoc. Aliqui ὑποτακτικὰ suppositiui, ut ὅς qui, ἥ quæ, ὅ quod.

Nominatiuus

Articuli quidam sunt.

			Ntūs	Gtūs	Dtūs	Actūs
Præpositiui	Mas.	Singu.	ὁ	τοῦ	τῷ	τὸν
		Dual.	τὼ	τοῖν	τοῖν	τὼ
		Plur.	οἱ	τῶν	τοῖς	τοὺς
	Fœmi.	Sing.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν
		Dual.	τὰ	ταῖν	ταῖν	τὰ
		Plura.	αἱ	τῶν	ταῖς	τὰς
	Neu.	Sing.	τὸ	τοῦ	τῷ	τὸ
		Dual.	τὼ	τοῖν	τοῖν	τὼ
		Plura.	τὰ	τῶν	τοῖς	τὰ
Postpositiui	Mas.	Singu.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν
		Dual.	ὥ	οἷν	οἷν	ὥ
		Plura.	οἵ	ὧν	οἷς	οὕς
	Fœ	Singu.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἥν
		Dual.	ἅ	αἷν	αἷν	ἅ
		Plura.	αἵ	ὧν	αἷς	ἅς
	Neu.	Singu.	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ
		Dual.	ὥ	οἷν	οἷν	ὥ
		Plura.	ἅ	ὧν	οἷς	ἅ

Vocatiuus uero ubique habet aduerbium uocandi, ὦ, & non est articulus, sed aduerbium uocandi. Vnde uocatiuus articulo caret. Ablatiuum Græci non habent.

Item in duali numero, Nominatiuus & Accusatiuus similes sunt, sicut Genitiuus & Datiuus.

DE NVMERO.

Numeri ſunt tres. ενικὸς *Singularis, ut* ὁ ἄνθρωπος. Δυϊκὸς *Dualis, ut* τὼ ἀνθρώπω. Πληθυντικὸς *Pluralis, ut* οἱ ἄνθρωποι.

DE CASIBVS.

Caſus aũt ſunt quinque. ονομαστική *Nominatiuus,* γενική *Genitiuus,* δοτική *Datiuus,* αἰτιατική *Accuſatiuus,* κλητική *Vocatiuus.*

NVMERVS GRAECORVM.

	10	20	30	40	50	60	70	80	90
	ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ϟ
1 α	ια	κα	λα	μα	να	ξα	οα	πα	ϟα
2 β	ιβ	κβ	λβ	μβ	νβ	ξβ	οβ	πβ	ϟβ
3 γ	ιγ	κγ	λγ	μγ	νγ	ξγ	ογ	πγ	ϟγ
4 δ	ιδ	κδ	λδ	μδ	νδ	ξδ	οδ	πδ	ϟδ
5 ε	ιε	κε	λε	με	νε	ξε	οε	πε	ϟε
6 ϛ	ιϛ	κϛ	λϛ	μϛ	νϛ	ξϛ	οϛ	πϛ	ϟϛ
7 ζ	ιζ	κζ	λζ	μζ	νζ	ξζ	οζ	πζ	ϟζ
8 η	ιη	κη	λη	μη	νη	ξη	οη	πη	ϟη
9 θ	ιθ	κθ	λθ	μθ	νθ	ξθ	οθ	πθ	ϟθ

100.	200.	300.	400.	500.	600.	700.
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ

800.	900	1000
ω	ϡ	α͵

Vel

1	5	10	50	100	200	500	1000	5000
I	Π	Δ	|Δ|	H	HH	|H|	X	|X|

Hieronymus

Hieronymus Aleander bonarum literarum in
urbe Lutetia studiosis S. D.

Quemadmodum ij, qui magnum saltum facere nituntur aliquanto longius retrocedunt, ita & nos per plusculos iam dies publicas intermisimus lectiones, non profecto ut ueternoso ocio torpesceremus, sed ut recuperata integra ualetudine, ad pristinum officium uobis rediremus alacriores. Neq; tamen interim turpiter cessauimus. Nam præter cum publica, tum priuata negocia, quibus non parum distinemur, nō omnino lōga literis salute dicta, aliquid quotidie nostris contubernalibus & græce, & latine prælegimus, & utriusq; linguæ lexicō, nec nō & elegantissimam Theodori grammaticam curauimus imprimendam, & quoniam non ita omnibus græcarū cupidis literarū, multū in illis perdiscēdis temporis consumere datum est, quod uobis semper cordi fuisse cognôram, & usui pariter & honori sperabam fore, tabellas hasce, (fidelissimos literarum græcarum ueluti traduces) quas in fælicissima & doctorum uirorum optima parente Aurelia excogitâram, successiuis horis recognoui, ad normamq; Theodoreæ grāmaticæ, quam uobis enarraturi sumus, redegi, & multo quàm antea nitidiores, & utiliores uobis primum, deinde & per uos alijs tradidi publicandas, Debeant igitur Lutetiæ, ut par est, quicunq; ubiubi terrarum per has nostras tabulas,

proficient. Cuius uidēdæ gratia, & uariarū lingua rum doctrina, pro uirili mea condecorandæ, per tot tamq; difficilia uiarum spatia huc me cōtuli. Debeāt & Aureliæ ubi in Parrhisianæ pestis perturbatiōe, a clarissimis illius academiæ doctoribus iucunde & honorifice habitus, uobisq; seruatus, huiuscemodi nō, ut spero, pœnitendum munusculum authore deo adinueni. Potueram, fateor maioribus studijs, plusq; mihi gloriæ cōparaturis, has horas impendere, sed priuato commodo communem præferendam censui utilitatem. In quo si non strenue aliquid, certe non ignauius fuisse à nobis puto factum, quàm si (ne animum dum remitto prorsus amitterem) dolium susq; deq; in Cranio uolutassem, aut lapillos & conchas in littore collegissem. Id autem opusculi quicquid est, ut à me benigno uobis animo datur. Ita & uos lubēter suscipiatis uelim mihi charissimi auditores. Itaq; persuasum habeatis, nullum esse tam obtusi ingenij, tam diuersæ professionis, tam natu grandem, tam multis demq; negocijs impeditum, quin poßit per nostras tabulas breui in græca literatura proficere, Quod & ipsarū ordo, & compēdium, & ut facili⁹ circūferatur, Enchiridij forma unicuiq; facile & ostēdere, & præstare potest. Valete.

Nomina

NOMINA LITERARVM GRAECARVM.

Alpha Vita Gamma Delta Epsilon Zita Ita Thita Iota Cappa Lambda My Ny Xi Omicron Pi Rho Sigma Taf Ypsilon Phi Chi Psi Omega.

LITERAE VIGINTIQVATVOR.

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω.

Vocales Septem.

α ε η ι ο υ ω

Breues	Longæ	Communes
ε ο	η ω	α ι υ

Præpositiuæ	Subiunctiuæ
α ε η ο ω	ι υ

Mutabiles	Immutabiles
α ε ο	η ι υ ω

Diphthongi propriæ sex.

αι æ αυ af ει i ευ ef οι i ου u

Diphthongi impropriæ sex.

ᾳ a ῃ æ ῳ o υι y ηυ if ωυ of

Consonantes decem & septem.

β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ

Semiuocales	Mutæ
ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ	β γ δ κ π τ φ χ ψ

Duplices	Immutabiles	Tenues
ζ ξ ψ	λ μ ν ρ σ	π κ τ

Mediæ	Aspiratæ
β γ δ	φ χ θ

Monadicon σ

Iam primum omnium satis constat, plerasq; Græcorũ literas à Phœnicibus defluxisse. Apud quos uel eædem cum Hebraicis, uel non admodum dissimiles literæ fuerunt, & propterea græcam in illis etymologiam quærere inane esse.

Multas uocalium & diphthongorum, nec non aliarum literarum secus quàm nunc, apud ueteres pronunciari solitas, cum ratione, tum Græcorum & Latinorum authoritate colligimus.

Nunc eandẽ dicimus esse uniuscuiusq; literæ in contextu uim & prolationem, quæ in earum nomine prima reperitur, ut Alpha, A. Bita, B. Gamma, G. Et si sequatur aspiratio, eadem in prolatiõe, & latina scriptura exprimitur. Phi, ph. Thita, th. Chi, ch. Psi præterea per duas literas apud nos scribitur, & profertur ps, raro etiam bs. Quoniã huic duplici latinorũ usus unam tantũ figurã, ut duabus alijs non cõcessit. Quanq̃ id Claudius Cæsar aliquãdo attentauerit.

Rho tamẽ in principio tantũ dictiõis, & in medio si duplex sit, secũdo loco aspiratur, Rhodos, Pyrrhus.

Bita seu Beta nõ per nostrũ B, sed per digãma Aeolicũ, uel u consonantẽ ferè profertur, quanq̃ non ita apertè quemadmodũ & Hebræi interdũ suum Beth, βάρβαρος uaruaros, latine tamen barbarus.

Gamma ante γ ξ χ per n pronunciatur, ut ἄγγελος angelus, λύγξ lynx, ἐγχειρίδιον enchiridion. Ante κ uero profertur quidem ipsum γ per n, sed κ per

g. ἀνάγκη

ἀνάγκη anangi uel anange.

Delta non prorsus ut latinis D, sed producta sensim per dentes lingua, aliquanto minus quàm Thita aspere pronunciatur.

Ita profertur à Græcis nostri temporis codē sono, quo I, sed latine in e longū transfertur. Hinc Beta & Theta ueteres nostri dixerūt, sic & Zeta. Neq; id sine ratione quæ cōsuetudini nō cedit, sed indulget.

Thita prolata per arctiores dentes lingua, à litera quidē τ prolatione incipit, sed uehementius quàm delta in anserinum sibilum expiratur.

Iota apud Græcos semper uocalis est, et propterea ubiq; syllabam facit.

Item γ κ χ ante ε uel ι, aut eiusdem soni cæteras uocales uel diphthōgos, aliquāto craßius, quàm ante diuersi soni literas, proferūtur. Quod audiēdo quispiam facilius addiscet, quàm legendo.

Lambda ante ι, uel similē sonum, perinde profertur ac lij, ubi prius i sit consonans. uel quemadmodū Hispani uernacula lingua duplex pronūciant ll.

Idem ferè accidit in litera ν, sequente i uel similis soni litera ut Itali gni, uel Hispani ea quæ per duplex nn idiotice scribunt. Item ν ante β μ π in composita dictione, in scripturam & prolationem literæ μ mutatur, ante uero λ in ipsum λ.

Eiusdem ν in diuersis dictionibus ante β μ π, non mutatur quidē scriptura, sed prolatio fit per μ, idq;

sim

si in medio non fiat distinctio, quæ legentẽ sistat.

π præcedente μ, per b nostrum profertur. πέμπω pembo. pariterq; præcedente ν, quanquàm in diuersis dictionibus, τὸν πέτρον ton betron.

σ monadicon, id est, sui cuiusdã iuris, ab aliquibus Asimon id est, uacuum differentiæ nota dicitur.

τ præcedente ν in eadem uel diuersa dictione, per d ferè pfertur. τὸν τάνταλον ton tandalon. sed quẽadmodum nos d pronunciamus, non ut Græci.

φ minus dure q̃ f profertur, aliaq; est litera. Quãquam in aliquibus Græcis f in locum φ succesit apud ueteres nostros.

Diphthongorum αυ ευ ηυ ωυ prolatio licet in literarum tabula amphibologiæ fugiendæ caussa per f scribatur, non per f tamen omnino profertur, neq; per u uocalem, sed consonantem.

Illud animaduersiõe dignũ, uocales subiũctiuas .i. ι & υ, quãdo præpositiuis coniũctæ, duobus in apice punctis notantur, à diphthongo liberas syllabam per se facere, & per se pronũciandas esse αϋ εϊ.

Illic premẽda syllaba proferẽda est, ubi tonus recte positus inuenitur. Encliticæ accentum remittũt ad præcedentia, & idcirco eodẽ ferè tractu dicenda.

Tonorũ inter se differentia proferendo non apparet, uel quia non facile dignoscatur quẽadmodũ nec in literis, quarum sonos (ut ait Fabius) non cuiuslibet auris est exigere, uel quia reuera, ut pleraq; in facetijs

alia

alia eorũ prolatio confusa & corrupta est.

Atq; in hunc fermè modum se habet Græcorum nostri temporis prolatio. In qua nihilo sunt nobis feliciores, cum in utraq; lingua prolationẽ nostrã ab antiqua maxime existimẽ delirare. An putabimus ueteres illos cum Græcos tũ latinos, ita diphthongos, & præsertim proprias, ut uocales simplices pnũciasse, & rursus uocales ita breues ut lõgas, aspiratas ut tenues? Quæ igitur (malũ) demẽtia ẽ ea scribere, quæ nõ pferimus? Neq; nũc mihi obijciat qspiã epigrãma Catullianũ, cũ nõ minore scõmate dignus sit, qui tenuibus aspiret, q̃ qui aspirata tenuiter proferat.

Cæterũ ex ijs quæ superius notauimus, ut nonnulla ambitiosius fortasse ab istis proferri credo; ita quorundam sententiam damno, qui perinde mutas aspiratas ac tenues cum magna auditorum amphibologia barbare pronunciant. Et quæ sola ferè ad posteros peruenit, uetustam corrumpunt prolationem, ad quam cum nõ facile possimus cæteras literas à barbarie reuocare, sãetiam saltem loquendi nobis reseruantes, usum populo concedamus. Quem penes arbitrium est, & uis & norma loquẽdi. Equidem ita Hebraica, Græca, & Latina studeo proferre, ut in unaquaq; illarũ linguarũ à maxime doctis uideo obseruari. Quod qui faciet, id (ut puto) adsequetur, ut nulla earum alij officiat. Monet id faciendum in nostra Græcaq; lingua Fab. Quintilianus.

De accentibus

Accentuum	Toni tres	Acutus / Grauis \ Circumflexus ^
	Spiritus duo	Asper ‘ Lenis ’
	Affectus tres	Hyphen ‿ Distinctio , Apostrophus ’

Veteres longum habebant sic –, & breuem sic ᴗ, quibus in ambiguæ quantitatis syllabis notandis utebantur. Et hæc tempora appellabant.

Situs tonorum, & iuxta ipsius uarietatem denominationes.

θεός	Oxytonon, acutitonum
φίλος	Paroxytonon, penacutum
πάμφιλος	Proparoxytonon, antepenacutum.
μουσῶν	Perispomenon, circunflexum
μοῦσα	Properispomenon, penanflexum.

Quicquid in nõ ultima tonum habet, Barytonum generaliter appellatur.

Grauis, syllabicus dicitur tonus, & in omni syllaba dicitur eße, ubi nulla alterius toni nota superscripta est. Ponitur & grauis acuti loco in ultima dictionis acutitonæ, quando in sermonis contextu inuenitur, ut ἀγαθὸς, ἀδελφὸς, ἀδελφὸν, φιλὸν.

Spirituum situs.

Asperi, ἅγιος, ῥήτωρ, θαῤῥῶ.

Lenis, ἀγαθὸς, θάῤῥει.

Affectuum situs & conditio.

Hyphen, τὸ‿πρῶτον.

Distinctionis, ὅ,τι quod relatiuum.

Apostrophi, quæ est collisionis nota. φέρ' εἴπε, βάλλ' οὕτως.

Vocaliũ, α ε ι ο collidi possũt, Diphthõgorũ uero αι οι

Si collisionẽ faciẽdo, muta præcedẽs uocalẽ abiectã tenuis sit, in suã aspiratã cõuertitur, si prima sequentis dictiõis uocalis sit aspirata, ἐπὶ ἡμῖν, ἐφ' ἡμῖν.

Vltima si sit longa, neq; potest penultima circũflecti, neq; in antepenultima tonus esse. Excipiuntur attica, ut μενέλεως.

Item si dictio desinat in αι uel οι, non sequente in eadem syllaba consonante, quantum ad tonorum rationem attinet, qui in penultima uel antepenultima collocantur, pro breuibus habentur, non mutata tamen quantitate, ἄνθρωποι, μοῦσαι. Optatiua excipiuntur, πλήθοι, πλήσαι.

Supra breuem syllabam, uel positione longam uel quantamcunq; antepenultimam, circunflexus nõ habet situm, sed acutus.

Penultima longa, si tonum habeat, circunflectitur, sequente breui, uel positione tantum longa. μοῦσα αὖλαξ

Non ubiubi sit acutus, syllabam productam intelligas λόγος. Neq; si penultima sit longa natura uel positione, continuo habebit tonum, nisi uocalationis ratio ita requirat ἄνθρωποι, λέγοντες.

Nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus, si in ultima, synæresin non patiente, tonum exigit, is erit acutus.

Circumflectuntur uocatiui in εὺς, ut ὁ βασιλεὺς ὦ βασιλεῦ. Et fœmininorum in ω uel in ως desinentium, ἡ λητὼ ὦ λητοῖ.

Genitiuus & Datiuus in ultima longa habens tonum, circumflectitur, κωφοῦ, κωφῷ. In eadem breui acuitur, πυρός, πυρί. Excipias atticos genitiuos, λεώ, νεώ.

Et quoniam in syllabæ incidimus mentionem, quamuis propositum nostrũ sit studere breuitati, & cum latinæ linguæ non imperitos ad Græcas literas introducamus, ea quæ à latinis diuersa sunt tangere, operæ tamen pretiũ erit aliquid de syllaba, de'que ipsius quantitate obiter dicere, quod etiam doctrinam accentuum parum iuuabit.

